nomine et gloria predicta po:
pulis

Ubi possit sollicite inquiri et
pie visitari sepultura Pom:
poni

Expliciunt capitula

Incipit liber tercius dialogi severi

Illuxit o galle: sur:
gendum est. quia ut
vides et postumianus
instat. et hic propter
qui hesterno audito:
rium amisit expectat. ut que
de martino nostro in hodiernum
diem explicanda distuleras.
debitor sponsionis absolvas
Quamquam ignarus quidem iste non sit
quecumque memorata sunt: Sed
dulcis et grata cognitio est.
etiam nota relegenti. Sed quod
natura ita comparatum sit
Ut meliore quis conscientia
se nosse congaudeat. que
multorum testimoniis non esse
incerta cognoscat. Quia et
hic a prima adolescentia mar:
tinum secutus novit quidem
omnia sed libenter cognita re:
cognoscit. fatebor enim tibi
galle martini michi sepius
auditas esse virtutes. quippe
qui de eo etiam literis multa
mandaverim: Sed per gestorum
admiratione semper michi
nova sunt que de illo licet
audita sepius revolvuntur.
Proinde addito nobis re:
frigerium auditore eo impen:
sius gratulamur quo promptius